

sis insignem Plinius nominat. Fuerit autē idem fortè Ammonites vel Ammites minor, ouis piscium similis, & c.

Et idem fortè, aut similis, Meconites. Vide iconem mox in P. litera.

De Lithospermo, quod hodie Miliū Solis vocitant, paulò antè dixi.

N. Narcissitæ lapidis meminit Dionysius Afer: quo teste in Colchide sunt petrae, αἱ φύουσι ἀφειγέα Narcισίτω. Eustathius Narcisso plantæ (flori) colore similem & pellucidum interpretatur, vt ἀφειγέα fortè pro πολυφειγέα accipere oporteat.

Cissites in candido collucet ederæ folijs, quæ totam tenent: Narcissites venis etiam ederæ distinguitur, Plinius libro trigesimo septimo, capite vndecimo. reliquit autem dubitandi locum, ne Narcissiten cum Cissite fortè confuderit, ederæ, à qua Cissites denominatur, similem vtranque faciens, nulla Narcissi in Narcissite mentione.